



**Ecclesiasticae Historiae, Et Dicta, Inprimis Memorabilia,
Christi, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Doctorum,
& hostium veteris Ecclesie: singulari iudicio, & pio studio,
ex Eusebio Cæsariensi ...**

Eusebius <Caesariensis>

Haer. Chr. Egen., 1571

VD16 E 4284

81. Responsio Benevoli præfecti Scrinij apud Valentinum iuniorem, cùm
Iustina mater Cæsaris, verè altera Iezabela, præfecto excelsiores
promitteret honores, vt decretum, quod à filio contra D. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69335](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69335)

81. RESPONSIO BENEVOLI
 præfecti Scrinij apud Valentinum iunio-
 rem, cum Iustina mater Cæsaris, verè al-
 tera Iezabela, præfecto excelsiores pro-
 mitteret honores, vt decretum, quod à
 filio contra D. Ambrosium, & alios
 dissentientes ab Arianis impe-
 trauerat, publicè recitaret.
 Cap. 15. & 16,

*Impetrat edictum gnati Iustina ferocis,
 Ambrosium contra Christicolas q̄, pios.
 Quod iubet elatis populo recitare loquelis
 Præfectum, clarus qui pietate fuit.*

*Impia quod iussit mulier præstare negabat
 Præfectus, charus vir pietate Deo.*

Huic factò mulier magnos promittit honores,

Constantes etiam flectere dona solent.

Anteferens mundi pietatem præses honori,

Reddidit hæc Domina verba notanda sua:

Quid mihi pro impietatis mercede, al-
 tiorem promittis gradū, hunc ipsum
 quem habeo, tollite: tantum mihi fi-
 dei conscientia duret illæsa, & statim ante pe-
 des impia præcipientis cingulum abiecit.

Quid mihi quæso gradus celsi promittis honoris:

Hunc etiam si vis impia tolle gradum.

Gaudia

Gaudia tollantur mundi, tollantur honores,

Sit fidei tantum mens mihi salua sat est.

Hæc ubi dixisset, zonam simul abiecit ante

Impia mandantis hæc sibi facta pedes.

82. ORATIO THEODOSII IMPERATORIS verè Christiani & Catholici pugnantis contra Eugenium, & Arbogastum homines Barbaros & Gentiles in faucibus Alpium. 33.

Electus est Theodosius in Cæsare, Anno Christi circiter 384.

Laude Theodosius magnæ virtutis auita,

Eximia & præstans dux pietate fuit.

Quem contra bellum de religione cruentum,

Gentili sæuus mouerat Eugenius.

Acriter illatis signis pugnatur vtrinque,

Pugna diu dubij feruida Martis erat.

Vertit vt ad gentes placidum victoria vultum,

Ad Dominum Cæsar talia vota facit:

83. ORATIO THEODOSII AD Deum, cum præliaretur contra Eugenium & Arbogastum.

TV Deus omnipotens nosti, quia in nomine Iesu filij tui vltionis iusta causa, (vt puto) prælia ista suscepi: si secus, in me